


Heinrich Rahn

**Rector Universitatis Rostochiensis, Henricus Rhane, I.U.D. & Professor P. Ad Exequias Quas ... Viro Dn: M. Danieli Friderici ad D. Mariae Cantori & Musico primario. Marito suo charißimo Vidua moestissima parat, Cives omnium ordinum ... vocat**

Rostochi[i]: Kilius, 1638


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777435535>

Druck Freier  Zugang




Rhane, H.,  
in D. Friderici.

Rostock. 1638.







RECTOR  
Universitatis Rostochiensis,  
HENRICVS RHANE,

J. U. D. & Profefs. P.

*AD EXEQVIAS*

Quas

*Prestantissimo & Doctissimo Viro*

**Dn: M. DANIELI**  
**FRIDERICI** ad D. Mariæ Can-  
tori & Mulico primario,

*Morto suo charissimo Vidua mæstif-  
sima parat,*

Cives omnium ordinum suos ad  
hunc mœdici primam in ædem B.  
Mortuæ ac diligenter vocat.



**ROSTOCHI,**

*Typis NICOLAI KILII, Academ. Typogr.*

**ANNO M DC XXXVIII.**



386  
Uti per ipsos viginti  
duos, quibus apud nos  
vixit, ætatis suæ annos,  
summæ imis ad exe-  
quias præcinit, hy-  
mnisq; & sacris carminibus justa  
persolvit, ultimo in primis hoc seme-  
stri, quo continentibus per singulos  
dies, iisq; densissimis nonnunquam  
cum funeribus, ad communem locum  
vividus valensq; itavit, Præstantissimus  
& Doctissimus Vir **DN. M. DANIEL**  
**FRIDERICI** Cantor in æde Mariana  
primarius, & satis celebris Musicus;  
eidem illi facere officium, atq; adesse  
ad sepulturam hodie debemus, Aca-  
demiæ Cives. De cuius vita quemad-  
modum exponamus, facile reperire  
est. Siquidem ex infima pauperum  
sorte emerit se ad istam vitæ con-  
ditio-

ditionem, quæ & honestissima, &  
sicuti nunc omnia censentur, non  
inutilis aut egena fuit. Musica cum  
primis arte ad felicitatem suam ad-  
jutus: Quæ duo si quis levia existi-  
met, aut facile despiciat, illi hæc tem-  
pora in mentem veniant, quæ cum  
semel opes excusserint, homines,  
quos antea sustulerunt in summum,  
in imo depressos obrutosq; habent,  
nisi arte aut virtutibus suis præsidiū,  
& in hoc asylum sese receperint. Et  
quàm sunt numero bene multi, qui  
etiam nunc quam maximè sibi me-  
tueredebent, quod ignari artium  
honestarum atq; in Rempubl: uti-  
lium, instar fucorum, depascunt o-  
pes, nullo vel opificio, vel liberali  
disciplina ad quamcunq; sortem in-  
structi! Quorum exempla ex deso-

A a a a 2 latione



883  
latione magnarum urbium non ignota & per-  
quam frequentia admonere nos omnino debe-  
bant, ut prima juventute excitati non ad desi-  
diam, ad voluptates eaque convertere velimus,  
quibus male cedentibus, miseros ultrò esse nos  
oporteat. Quin maturè cogitandum, ut hone-  
ste operando, senectutem vacatione ac velut  
rude donare valeamus. Quia nihil sit diffici-  
lius, nihil arumnosius, quam sese tum impen-  
dere laboribus, quando quod impendas virum  
scilicet ac temporis aut nihil aut admodum  
parum habes. Itaq; de causa noster tantos ex-  
hausit labores adolescens, factusq; compos vo-  
torum suorum, ex arte gloriam simul & patri-  
monium fecit. Præter diligentiam enim & fru-  
galitatem, quibus auxit rem suam familiarem,  
hoc quoq; consecutus est Musicà, ut aliis in lo-  
cis celebrentur ejus concentus, & publice in  
Ecclesiis sonent, & privatim quoque remissio-  
nibus ac lætitiæ adhibeantur. Quarum rerum  
i. optimis varia illa ingenium satis ostendunt,  
quod alii rei non facile deberi potuerit, quam  
Musicæ. In generato sibi prorsus cantillandi  
amore ex gente, apud quam exortus est. Thu-  
ringia enim ipsi patria contigit; solum aliàs fer-  
tile non tantum frugibus, sed proventu etiam  
optimo-

384  
optimorum ingeniorum; ad tessellata opera at-  
que ad Symphonias ultro ac sponte inclinan-  
tium. Cœlo ipsis prorsus ad ista & communi &  
propitio. Siquidem Artis Phidiacæ toreuma  
clarum & tornationes, & fabrilia à teneris &  
per ludum jocumq; discunt, organaq; musica  
& conficere & pulsare amant. Idq; etiam vul-  
gò. Nam & ipsos de rure homines ista medita-  
ri videas, cum melioribus quibusq; pagis & do-  
ceant illam non agrestem, sed bene multisque  
vocibus saepe ultra octo partes convenientem  
Musicam, eamq; Dominico die tum ad sacra,  
tum inter convivia scientissime adhibeant;  
ipsis quoq; pneumaticis idonei organis & pas-  
sim utentes. Non mirum ergo, quod noster ex  
agri, pago, Querfordium prope sito, Eichsteda  
ortus, pueritiæ statim annos cantando adjuve-  
rit. Natus enim isto loco ante LIV. annos Pa-  
tre BARTHOLOMÆO, quas domi in Schola,  
pro more ejus gentis ac loci non aspernanda,  
cantiones precesq; didicerat, iidē apud Quer-  
furdienfis stipem quaesivit. Honestam pauper-  
tatem nequitiis jam tum præferens, eamq; re-  
citandis ad fores Evangelii Dominicalibus &  
eorum periochis tolerans. Quo tempore ma-  
ter ad eum invisens cibum quicquam allatura,

A a a 3

cum

865  
cum accepisset panis bolum à filio emendica-  
tum, filigineum, reversa domum, multis cum  
lacrimis instar spongiæ imbuir, gratulata filio,  
ut ad istius panis fortunam olim perveniret.  
Habuitq; id piæ matris votum Deus quamra-  
tissimum, sed multis laboribus exposuit. Suc-  
cessu tamen in dies meliore. Islebiam enim  
digressus contulit se in Scholam Neopo-  
litanam, ab cuius Rectore ANDREA KASZENBER-  
GER ad Gerbstadenses vocato, eò simul abdu-  
ctus, ac hospitio receptus est. Quo loco per IV.  
annos substitit, & quò natura vocabat, in disci-  
plinam sese dedit Musici celeberrimi, VALEN-  
TINI HAUSMANNI, à quo fundamenta com-  
ponendæ Symphonix edoctus, Islebiam rediit.  
Inde Soltquellam, mox ad Burgenses digres-  
sus, triennio ibidem absumto, Magdeburgum,  
sese contulit, Rollenhagio Præceptore usus;  
Hinc in Misniam, mox Bruusvigam discessit in  
Scholam Martinianam. Post Bataviam, West-  
phaliam, Hassiam peragravit, Clemente Tim-  
plero; & ad breve tempus collegio Jesnitarum  
pro se erudiendo usus. Inde ad Osnabruccen-  
ses regressus, aliquot nobilium institutione re-  
cepit, latinis pariter literis & Musica jam publi-

cc

386  
eē quoq; charus, ut in Scholam Collega fuerit  
cooptatus. Pecuniola ibidem confecta, ad nos  
in Academiam ætatis XXIIIX. anno progressus,  
ingenii edidit specimen, Musicale tertium pri-  
mum, eoq; commeruit, ut ab Genorissimo Ba-  
rone Oldenburgensi ad directionem Chori  
Musici, mox ab amplissimo hujus Urbis Senatu  
aliquoties ad istud, cui hæcenus laudabiliter  
præfuit, munus publicum vocaretur. Reversus  
ergo ad hospitem suum, filiam simul ANNA M  
Stevenowes moestissimam nunc viduam ex-  
ambiit, Annoq; xvii, hujus seculi eã ad x. Sept,  
domum & postea Oldenburgum duxit. Do-  
nec repeteretur ad officium & anno interjecto  
reversus, simul gradu Magistri ornaretur. Ab eo  
tempore sedem figere incepit, præstitique offi-  
cium docendis partim literis partim dirigendis  
Symphoniis. Laborum non pertæsus, sed di-  
ligens, & in componendis cantibus ad extre-  
mum perseverans. Præter enim ea quæ publici  
juris fecit, plurima adhuc non malæ phanta-  
sæ inedita sunt opuscula, quibus quam hæ-  
cenus consecutus est, celebritatem augere vo-  
luit. Talis cum esset, nupero hujus mensis  
duodecimo, cum in officio esset, deterius se  
habere, postea decumbere cepit, Donec vi-  
gesimo

85  
gelimo tertio die ad decimam vespertinam in  
CHRISTO placidissime obdormiret. Vos  
Academiz cives, præcentorem funerum, cho-  
rique Musici præfectum, iisdem mecum naniis,  
quibus cum illo hæcenus alios prosequi con-  
suevistis, decantantes ad dormitorium comi-  
tamini. B. V. PP. die XXVI. Sept,  
Anno MDC XXXVIII.













ce quoq; charus, ut in Scho  
cooptatus. Pecuniola ibid  
in Academiam ætatis XXII  
ingenii edidit specimen, M  
mum, eoq; commeruit, ut  
rone Oldenburgensi ad d  
Musici, mox ab amplissimo  
aliquoties ad istud, cui ha  
præfuit, munus publicum v  
ergo ad hospitem suum, fil  
Stevenowes moestissiman  
ambit, Annoq; xvii, hujus  
domum & postea Oldenb  
nec repeteretur ad officium  
reversus, simul gradu Magis  
tempore sedem figere ince  
cium docendis partim liter  
Symphoniis. Laborum n  
ligens, & in componendi  
mum perseveratis. Præter e  
juris fecit, plurima adhuc  
sua inedita sunt opuscula  
Stenus consecutus est, cele  
luit. Talis cum esset, n  
duodecimo, cum in officio  
habere, postea decumber

ga fuerit  
ta, ad nos  
ogressus,  
tum pri  
lmo Ba  
Chori  
is Senatu  
dabiliter  
Reversus  
ANNA M  
quam ex  
d x. Sept,  
ait. Do  
interjecto  
tur. Ab eo  
que offi  
dirigendis  
is, sed di  
ad extre  
e publici  
e phanta  
quam ha  
ugere vo  
us mensis  
terius se  
Donec vi  
gesimo

